

HIEROGLYPHICAM  
GERMANIÆ SAPIENTIAM

77.

h. e.

VIRTUTES

EX

INSIGNIBUS  
NOBILIIUM,

LEGENDAS, ADMIRANDAS,  
DISCENDAS

ad d. VI. Aug.

M. DC. LXXII.

IN GYMNASIO ZITTAVIENSI

DEPRÆDICABUNT

ILLUSTRIMUM  
PARENTUM  
FILII.

QVOS UT AUDIRE DIGNENTUR

LITERARUM PATRONI, PRO-  
MOTORES, FAUTORES,

decenter & officiosè rogat

CHRISTIANUS *Weise* /  
RECTOR.



ZITTAVIÆ,  
TYPIS MICHAELIS HARTMANNI.





Vocamur in Ægyptum,  
Spectaturi pro Nilo Nilum,  
pro excelsis Obeliscis præstantiores Clypeos.

Nam

Hieroglyphica NOBILIUM Insignia  
Studio felicissimo convertemus in Libros.  
Quod Mars olim dedit, suum dicent Musæ.

Quod priscos terruit Barbaros,  
hodiernos invitabit Virtutum Æstimatores.

Sic,

qui Nobilitatem possident,  
illustriorem Ejus possessionem promereri discent.

Videbunt omnia deberi Majoribus, & nihil:

Imò intelligent,

Nihil esse in Antecessoribus, quod superare non debeant;

Nihil præstari à Successoribus,  
quod Majorum Encomia non adaugeat.

Ita vivent, tanquam Insignia paraturi;  
Ita laborabunt, tanquam Insignia rursus amissuri;

Ita merebuntur esse in Familiis Primi,  
nisi Fortuna voluisset esse Medios.

Tela quo propius tangunt, eo firmitus.

Doctrina, quam petieris à longinquo,  
securius contemnitur vel negligitur.

At Domestica nescire non vult,  
Cui pudor haud est ignorare cætera.

Quamobrem

Erubescant Illustrium PARENTUM Filii,

Si vitam refutaverit Gentis Stemma:

Securam Felicitatem agnoscent,

Si, quod in Ænigmate præbet Clypeus,  
viva imagine referant Clypeo.

Dum



Dum verò primum Specimen occupat imparatos,  
PATRONORUM, FAUTORUM, AMICORUM  
præsens Benignitas  
Magnum tenuitati pondus adjiciet.  
Plantæ gaudent crescere,  
si hortulanum sæpè comitatur Prædii Possessor:  
Oculi Dominorum saginant Eqvos:  
Et Generosos Juvenes, quos stimulavit Magister,  
in cursum agit Eorum præsentia,  
Quibus Familia vel Patria Patris titulum non invidet.  
Difficile non est commodare Oculos vel Aures,  
si promoveri possunt  
Visu Audituq; nunc & olim gratissima.  
Quin & Jucundum fuerit interesse cespitantibus,  
cum ex his erroribus via pateat ad  
Constantiam.

Prima Politici Laus est, ferre multitudinis adspèctum;  
Altera, non moveri ad Confessum nobiliorem.  
Ut igitur sciant, quantum in hac laude profecerint,  
Adeste,  
quorum Vultus Nobilitatem, Dignitatem, Claritatem,  
afferre solet Conventui.

Sic Virtus non generabit dissimiles,  
Si pulli recentiores foveantur a Similibus.

Sic Vestro beneficio vel officio,  
Familiæ dignos Posteros,  
Patria veros Cives,  
PRINCEPS egregios Ministros,  
Respublica & Ecclesia probatos Curatores,  
futuris quoque temporibus habebunt.

Viris Magnis ostendere quod conducat,  
est exorare quod placeat.

Placebit Gratia, placebit Favor:  
Faxit DEUS, ne reciproca displiceat Obser-  
vantia,

quam indelebilem, quorum interest, pollicentur.

ORDO



## ORDO EXERCITII.

Postquam id acturi sunt Nobilissimi Juvenes, ut è domesticis suarum Familiarum Insignibus, quisque certam & suo Statu dignam Virtutem deprædicet: Inredientes HOSPITES excipient Pueri per Theatrum dispositi, quorum hæc, vernaculis quidem verbis concepta, fuerit Gratulatio.

I.

**S**eit unser Deutschland manchen Helden  
Mit Helm und Schild gezieret hat /  
So können zwar die Söhne melden  
Von der und jener Ritter-Zhat:  
Doch müssen Sie neues Bedenken und Leben  
Der erblichen Jugend durch Jugend ergeben.

II.

Sie müssen Ihren Helm verdienen /  
Daß er ein tapffers Haupt bedeckt;  
Der Schild muß sich zu was erkühnen /  
Wo man den Arm darhinter steckt;  
Das heisset / es sollen die Laster verderben /  
Vor welchen die Kränke des Adels ersterben.

III.

Wiewol die Zeiten sind verwandelt /  
Die Barbarey ist abgethan:  
Wo man vom Frieden redlich handelt /  
Da nimt es auch der Nachbar an.  
Und also erstrecken die Edlen Gemüther  
Die Sorgen ingleichen auf friedsame Güter.

IV.

Der Degen paart sich mit den Büchern /  
Der Schild vermählt sich durch Papier.

Ed



So kan man sich zweymahl versichern ;  
So ist das Wappen gut dafür ;  
Ob feindliche Troupen das Lager bestreiten /  
Ob freundliche Bürger einander begleiten.

V.

Wohlt Lob wir sehen die Personen  
Die auch in unserm Lande blühen /  
Die nun der Wissenschaft gewohnen /  
Dass Sie auch solche Söhne ziehn /  
Bey welchen die Fürsten in folgenden Jahren /  
Nicht minder des Adels Bedeyen erfahren.

VI.

Wolan die Jugend sol gewinnen /  
Wohlt stehe diesem Streite bey :  
N rüste Sie mit klugen Sinnen /  
Damit der Sieg beständig sey /  
Und lasse die Schule durch edles Bemühen  
Die künftigen Väter des Landes erziehen.

Prologi vicem in se recipiet

GEORGIUS FRIDERICUS von Löben /  
dicturus, quantum ad illustrandam Nobilitatem faci-  
ant merita propria, & quantum hic impetus juvari  
queat, perlustrato cujusvis Clypeo.

Porro prodibit in Conspectum Frater ejus  
WOLFF - ALBRECHTUS von Löben /  
qui contemplatus Insignia sua, quorum Galeam exor-  
nat nuda Æthiopissa, in capite gerens fasciam una par-  
te candidam, altera rubicundam; Clypeus, præter  
repetitam hanc Æthiopissam, Tabulam Ludi Scha-  
chici repræsentat; exinde cognoscet amœnam Mo-  
rum & Officiorum CIVILITATEM.

Glaciem semel fractam porro insiftet

CHRISTOPH-FRIDERICUS von Gersdorff /  
qui quoniam in Galea spectat Pileum sive Capitis in-  
tegumentum tribus Plumis minoribus, tribusq; virgis

196 ar-



argenteis, quas Aristas esse dicunt, condecoratum; Clypeum verò deprehendit, supernè rubrum, infernè partim nigrum, partim candidum: ex hoc Symbolo commendari credet **ERUDITIONEM**.

Ubi rebus suis hic satisfecerit, sequetur **SEBASTIANUS HENRICUS von Schweinitz** qui conspicatus in Galea duo Cornua Bubula, tribus Coloribus, rubro, nigro, albo distincta; in Clypeo totidem Campos, iisdem Coloribus notabiles, nanciscetur Occasionem loquendi, de Heroica Consiliorum & Actionum **CONSTANTIA**.

Post eum in Theatro se ostendet **JOACHIMUS SIGISMUNDUS von Braun** qui secum perpendens in Galea reperiri tres Truttas, quas nostra Lingva Forellas dicimus, duabus Plumis Strutheis velut affixas; in Clypeo tres Panes Similagineos, quos Lingva Vernaculâ in Diplomate Cæla-reo Weckas vocari scimus, in quadratum efformatos, & rubro extrinsecus colore tinctos; Symbolum venerabitur, **FIDEI & INTEGRITATIS**.

Reliquorum Exempla imitaturus procedet **WOLFF - CHRISTIANUS von Schönberg** qui, cum gerat in Galeâ dimidium Leonem rubro Colore spectabilem, in aureo Clypeo Leonem integrum, supernè rubrum infernè viridem; proponi putabit laudem **EXERCITIORUM EQVESTRIUM**.

His autem officio suo, quantum vires concedent, defunctis

**CHRISTOPH - FRIDERICUS von Braun** suscepto Epilogi munere, brevi voto, breviqve sed sincerâ grati animi oblatione clausulam est impositurus.

Ita succinent in Theatro, qui salutabant ingredienti.

Comt



## I.

**B**ommt heran und seht die Jugend /  
 Die man **G**ott zu Ehren zeucht:  
 Diese macht / daß Ruhm und Tugend  
 Niemahls aus dem Lande weicht.  
**E**s lebe der gnädigste Vater des Landes!  
**E**s wachsen die tapfferen Brinken hervor!  
 Als leitende Sterne des Adlichen Standes!  
 So schicket der Segen die Blüthen empor.

## II.

**I**ko reden Sie was leise  
 Gegen eine stille Wand;  
 Doch wilß **G**ott die muntre Weise  
 Tröstet schon ihr Vaterland.  
**E**s lebe ꝛc.

## III.

Reifer werden künfftig Bäume /  
 Söhne sollen Väter seyn;  
**N**un **G**ott Lob die edlen Keime  
 Stellen sich in Hoffnung ein.  
**E**s lebe ꝛc.

## IV.

**A**lso kan die Nachwelt sagen /  
 Daß ihr Glück unsterblich sey.  
 Denn die tapffern Herzen tragen  
 Ihre Krafft den Söhnen bey.  
**E**s lebe ꝛc.

## V.


**N**un wolan die treue Schule  
 Laßt der Lehrer Wunsch geschehn /  
 Daß sie auch auf Ihren Stuhle  
 Nach des Adels Wolsahrt sehn.  
**E**s lebe ꝛc.



Ach hier sind die hohen Zeugen/  
 Derer Huld und Gütekeit  
 Sol die Gegend nicht verschweigen /  
 Weil sich Prunk und Land erfreut.  
 Drum lebe der gnädigste Vater des Landes!  
 Es wachsen die tapfferen Brinken hervor!  
 Als leitende Sterne des Adlichen Standes /  
 So schicket der Segen die Blüten empor.

\* \* \*

Dixi quæ sperari debeant;  
 imò quorum Ænigmatum instet solutio.  
 Sæpè mirum videbitur nonnullis  
 ab Æthiope Civilitatem, ab Aristis Eruditionem,  
 à Piscibus vel Panibus Fidem,  
 ab Aliis alia designari:  
 ast, detecto arcano, mirabuntur se fuisse miratos.  
 Faxit interim Divina Potestas,  
 ut ab Ænigmatibus inchoata Eruditio  
 nullis involutum Sphingibus Eventum experiatur!  
 Splendeant NOBILIUM Insignia,  
 ne, sive Bellorum fumus, sive Contagionis situs,  
 coloribus gratiam detrahat:  
 Vigeant Eorundem ingenia,  
 ne frustra adfuisse conqverantur:  
 Vivant PATRES & PATRONI,  
 ne sublimiora Generis ornamenta  
 per invidiam fortunæ videantur subtracta,  
 Gymnasium certè Nostrum  
 Civibus patens, Extraneis non occlusum,  
 gaudebit  
 Juvenibus cum Doctrinâ Mores, cum Moribus Pie-  
 tatem, imò cum Pietate  
 Amorem ZITTAVIÆ instillari:  
 Quem ut PARENTES commendent Liberis,  
 publico Nomine precamur.

 [\*:o:\*] 